Fragmentarium

simul & excelsa quod tuam scitatem quoq; uidisse non ambigo ut a
doctioribus solum intellegi queant. A rudibus uero fastidiosis siue lectoribus
quales in psenti euo plures inuenies pdifficultate uel adsequendi quae dicta
sunt et sapiendi que alta. Sequenda quidem quasi celsiora nec quasi
se fortiora putentur esse scrutanda. Nec parum dedit indicii doctissimus
pater augustinus qui ad paulinum di famulum de uidendo do scribens.
Non alius magis quam ex hoc opusculo sumpta beati ambrosii testimonia
putauit utendum. Et ea pariter non solum ponenda simpliciter sed etiam
exponenda iudicauit. Adeo ex paucissimis memorati tractatoris sententiis
non paruum uolumen retractando confecerit. Quod ideo commemorandum
putaui ut et tua sca fraternitas & legentes simul agnoscerent. Volo enim
complecti ad te perdi auxilium opere quod postulo hanc simul eptam incapite
pponi. te non ob alium quam condiscensionis fraterne gratiam in lucam scribere
rogatum. Ut qui ob teneritudinem ingenii sublimia uel difficilia intellectu ca
pere nequeant. haec simpliciori stilo exposita facilius apprehendant.
Ergo ate dilectissime memorato operi sedulus insiste; beatum lucam lucu
lento sermone expone; & quia scs ambrosius quedam in discursu pterit
que illi quasi summae eruditionis uiro plana nec quesitu digna uidebantur
haec quoq; pspectis aliorum patrum opusculis diligentius uel tuis teorum
dictis explanare curato. Credo & enim tuo uigilantissimo studio quin
legendi meditanda dies noctesq; ducis peruigiles. Non nullis etiam in locis
que ab eis intermissa sunt quid sentiri debeat auctor lucis aperiet.
Iustum namq; satis est & supne pietatis atq; aequitatis moderamini conue
niens. ut qui neglectis ad integrum mundi negotiis aeternum uerum
qui sapientiae lumen indefessa mente persequeris. & hic fructum intel
legentiae adsequaris. & in futuro ipsum in quo sunt omns thesauri sapi
entiae & scientiae absconditi regem in decore suo mundo corde contempleris.
Intimandum sane tuae scitati credidi quod mouet quosdam quare in ex
positione apocalipsis ubi ad IIII animalia uentum est noua interpreta
tione matheum in leone marcum in homine designatum dixeris.

License: cc-by-nc-sa – Paris, Bibliothèque nationale de France, ms. lat. 5288, 35r – Fragments of manuscripts gathered by Étienne Baluze (https://fragmentarium.ms/view/page/F-k57p/418/36990)